

π ρ  
516









N. h. II, 323,  
h. 63, 2.

501, 2

II n  
516

ADJUVANTE. VIGILANTISSIMO  
TOTIUS. UNIVERSI. MODERATORE  
PARITER. ATQ  
CONCEDENTE. MAGNIFICO  
JENENSIIUM. ICTORUM. COLLEGIO  
**EXCUBIAS. TOGA-**  
**TAS. ATQ. SAGATAS**

PRÆSIDE. CONSULTISSIMO  
JOHANNES. GEORGIO. SIMONE. D  
PLACIDÆ. ERUDITORUM. VENTILATIONI  
EXHIBET

JOHANNES. CHRENSCHKE. A. BOEBRITZ  
EQVES. LUSATUS  
AUTOR

JENÆ. DIE. XXII. SEPTEMBR. A O. R. M. DC. LXIX

TYPIS. NISIANIS



CD 65: 16





200.2.11  
510.7

QVIBUS. ME. MEAQ. CUNCTA  
TRIBUO. DEBEO. ASSIGNO

DEO. OPT. MAX  
PATRIÆ. DULCISSIMÆ  
PATRONIS. GRATIOSISSIMIS

HOC. VALECUNQ

VIGILANTIS. OBSERVANTIÆ. SIGNUM  
GRATI. ANIMI. TESTIMONIUM  
PERPETUÆ. RECOMMENDATIONIS. SYMBOLUM

SACRUM. SISTO

Joachim. Ehrenfried. à Bolbitz  
EQVES. LUSATUS





L. S.

**V**od si jam, amice benevo-  
leque Lector, deplorandam illam condi-  
tionem miserrimorum in terrâ mortalium  
accuratiori paulisper animi lance conside-  
rare, eorundemque vitiosa ut plurimum  
intenta & conamina altius aliquantulum apud nos repe-  
tere vellemus, nihil utique frequentius, quam irrecupe-  
rabile integritatis pristinae dispendium, adeoque præsen-  
tissimum per hoc propriae naturæ tædium reperturi esse-  
mus. Quantâ etenim, quamque variâ intellectus per-  
versitate, pariter ac voluntatis depravatione laborare post  
lapsum humana cœperit imbecillitas, vel ex eo certè satis  
manifestum fieri adopinor, quod etiam figmentum hu-  
mani cordis ab adolescentiâ omni tempore unicè ad ma-  
lum pronam atque præparatum ferè pronuncietur. Nulli  
siquidem amplius, vel fragiles admodum termini hâc in  
scelerosâ temporum facie poni nec non assignari queunt  
fallaciæ, fraudi, astutiæ, machinationi, audaciæ, libidini.  
Tendit namque indomitâ ferri rabie homini homo ultima  
quæque parare, juxta ac in se aliàs à naturâ breve conces-  
sum vivendi tempus ante tempus intercipere: quærit  
haud rarò fallacissima auri fames communi rerum necessi-  
tati infidias ex composito furtivas struere, æque ac proxi-  
mi benè cum sanguine & sudore acquisita bona sibi (per  
fas, aut nefas, perinde erit,) propria efficere: ut sicco jam  
pede præteream, (nusquam enim tuta fides est,) spurcis-  
simas

A

simas

MIS

101



simas prohibita Veneris delicias & temeritates : ut aliis iudicanda concedam culpandas nocendi sollicitudines & varietates, quas omnes animi perversi promptitudo nocte dieque, anxie avideque meditatur, exoptat, intendit, anhelat. Cordate profecto discordiosum hocce vaframentum in pauca contulit ingeniosissimus Ille *Manilius*, dum *lib. 2. Astronom.*

Ah quanta est, *inquit*, scelerum moles, per secula cuncta!  
Quamque onus invidia non excusabile terris!  
Venales ad fata patres, matrumque sepulchra,  
Imposuit Phoebus noctem terrisque reliquit.  
Quid loquar everfas urbes, & prodita templa?  
Et varias pacis clades, & mixta venena?  
Infidiasque fori, caedes in moenibus ipsis,  
Et sub amicitiae grassantem nomine turbam?  
In populo scelus est, & abundant cuncta furore.

Quae igitur, cum ita sese habeant, lasciviae, optimo omnino jure obicem iis ponere tentavit circumspecta Legislatorum assiduitas, videlicet dum in Republica partim vigilante sanctionum dexteritate internam animorum labem restituere; partim & laudanda excubiarum celeritate ingruentem fati grandinem iterum atque saepius disjicere sategit: adeoque breviter, non togato tantum, sed & insuper sagato tempore ullum nequaquam gravius, quam incautos obruens, malum aestimavit. Urgens quippe moenia inopinato hostis optimum quodque consilium anticipat, nec non subitaneo undique metu sacra profanis confusissime miscet, ita quidem, ut si civium pariter & militum labor exquisitè vigilans non accedat, diversimode actum utrobique de Republica animadvertatur. Atque hoc excubiarum jus quoad descriptionem, causas, divisionem, adjuncta, praemia aequae ac poenas in quantum in  
omni-



viribus, publico examini impræsentiarum subjicio:  
Quod ut exoptatius procedat, efficacissimum SS. Trini-  
tatis auxilium ardentissimè imploro; Tuam autem, cir-  
cumspècte Lector, facilitatem in condonatione errorum,  
præsertim juvenilium, indubitanter mihi spondeo.

## CAPUT I.

### DESCRIPTIONEM, FUNDAMEN- TUM ET CAUSAS EXCUBIARUM OSTENDENS.

#### §. I.

**R**Em proinde ipsam aggrediens inter omnes certè di-  
spallefcere adopinor, quamvis thematis tractationem  
onomatologiâ & pragmatologiâ commodissimè absolvi  
posse. In onomatologiâ iterum regulariter occurrunt  
etymologia, homonymia & synonymia: Etymologiam  
quod attinet, *excubia* derivantur ab usitatâ præpositione  
*ex*, & verbo *cubare*, quod idem ac recumbere, vel accum-  
bere; hinc excubare idem est, ac extra, seu foris cubare,  
vel extra cubile esse, & per consequens vigilare, sed de  
hoc *vid. Johann. Fab. Thesaur. & Johann. Nizol. Lexic.*  
*Ciceron. b. verb. Polydor. Rip. Tract. de tempor. nocturn. cap.*  
*50. n. 1. p. m. 147.* Circa homonymiam notandum puto,  
quod *excubiæ* sumantur etiam pro omni diligentia quo-  
quo modo adhibita: hinc *Cicer. pro Mil.* cujus ego excu-  
bias & custodias mei capitis cognovi in consulatu meo;  
& excubare pro pace, reperitur in *L. mulierem. 13. de Accu-*  
*sation.* similiter *excubiæ* sumuntur pro custodiâ tantum  
nocturnâ, *L. apud vetustiores. 1. de Offic. Præfect. Vigil.* &  
correspondent hoc in passu vigiliis, prouti ex *Vallâ* de-  
ducunt



ducunt *Jacob. Spiegel. & Johann. Calvin. Lexic. Jurid. h.v.* sic vigiles nocturni excubitores vocabantur, qui noctu incendiorum arcendorum causâ vigilias agebant ex Augusti instituto, *C. Sueton. Tranqv. in vit. August. p.m. 59. cap. 30.* porro excubias sæpe interpretantur pro loco, in quo excubiæ exercentur. De excubiis nocturnis, atque vigiliis ad monumenta Martyrum & aliorum defunctorum, *vid. Gregor. Turonens. lib. de Glor. Confessor. c. 21. Jacob. Andr. Crus. de noct. cap. 23. Georg. Wicel. in Chor. Sanctior. cap. 28. lib. 8. Euseb. Histor. Ecclesiast. lib. 6. cap. 33. Vincent. spec. histor. lib. 23. c. 29.* Ego excubias accipiendas reor pro quâlibet actionum hostilium observantiâ, tam nocte, quam die commissa, per *L. qui excubias. 10. ff. de Re militar.* quam tamen *Gloss. b. l.* similiter ad tempus nocturnum, sed falso, restringit, *add. Johann. Calvin. Lex. h. v.* tametsi hæc quoque *Polydor. Rip. de Temp. nocturn. cap. 50. p.m. cit. 147.* displiceant, qui ob id vocabulum *τὸ custodia*, tanquam nostro significatui magis aptum substituit. Synonymicè cum his conveniunt *Germ. Wachten / Schildwachten / Gall. Sentinelle, corps de garde, vid. Johann. Brant. in not. politic. ad lib. 4. Cesar. de bell. Gall. n. 38.* quatenus nimirum securitas civitatis atque castrorum per eas impetrari potest, *add. Petr. Papp. von Traßberg. Corp. Jur. militar. ad Holländisch Krieges-Recht, artic. 27. p.m. 132. annot. lit. a. cum Bernbardin. de Escalant. Dialog. 3. pag. 40.*

II. Describuntur autem excubiæ, quod sint sollicitæ quædam hostium observationes, à magistratibus superioribus certis quibusdam personis commissæ, ad omnem vim subitanam in Republicâ cohibendam.

III. Fundamentum in jure nostro animadverto præter

ter



ter quam in text. allegat. L. apud vetustiores. i. de Offic. Praefect. vigil. L. Desertorem. 3. §. si Praesidis. 6. L. qui excubias. 10. de Re militar. c. 2. pervenit. X. de immunit. Eccles. etiam in Reuterbestallung zu Speyer de Ann. 1570. artic. 72. 75. 76. & seq. & Fußnechtsbestallung de Ann. eod. artic. 35. 36. 57. & c. add. L. cum servus. 15. ff. de Cond. caus. dat. caus. non secut. Novell. 13. per tot. allegat equidem Jobann. Calvin. Lex. citat. verb. vigiles. p. m. 944. l. 2. §. 1. ff. de Fugitiv. & L. 58. ff. de Furt. sed prior Lex paragraphum planè non habet; posterior per nullam consequentiam ad hanc nostram materiam perducì potest, qua propter & ego, gravioribus pro nunc insistens, eas lubenter minimi curo.

IV. Causam efficientem principalem excubiarum magistratum constituimus, cui, uti reliqua cuncta Reipublicæ incrementa, ita in specie ejusdem tutela ut & conservatio quovis temporis momento cordi esse debet, Jacob. Andr. Crus. de Noct. cap. 5. p. m. 126. & seqq. Credendum enim est, salutem Reipublicæ tueri, nulli magis convenire, nec alium ei rei sufficere, quam summum magistratum, L. nam salutem. 3. pr. de Offic. Praef. Vigil. Hinc Carolus V. nocte ingruente de excubiis sedulò agendis admodum sollicitum in Comitibus fuisse, ac iis, qui noctu in plateis tumultuari & tragœdias excitare non erubescerent, poenam gravissimam proposuisse legimus, Cælestin. in Histor. Comitior. Ann. 1530. p. 102. Bernhard. Bertram. de Comit. Imper. Rom. Germ. membr. 5. th. 59. Arum. de Jur. Publ. vol. 1. Disc. 9. p. m. 163.

V. Pessimè proinde sese gessit Nero, monstrum illud, ad communem tum temporis mortalium calamitatem natum, de quo C. Cornel. Tacit. ab Excess. D. August. Annal. lib. 3. cap. 25. sequentia dereliquit: Q. Volusio P. Scipione



pione Coff. otium foris, foeda domi lascivia, qua Nero itinera urbis, & lupanaria, & diverticula, veste servili in dissimulationem sui compositus pererrabat, comitantibus qui raperent ad venditionem exposita, & obviis vulnera inferrent: adversus ignavos adeo, ut ipse quoque acciperet ictus, & ore præferret. Deinde ubi Cæsarem esse, qui grassaretur, pernotuit, augebanturque injuriæ adversus viros foeminasque insignes: & quidam permissa semel licentia sub nomine Neronis, inulti propriis cum globis eadem exercebant, & in modum captivitatæ nox agebatur. Julius quidam Montanus Senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset, congressus fortè per tenebras cum Principe, quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum oraverat, quasi exprobasset, mori adactus est. Nero autem metuentior impostero, milites sibi, & plerosque gladiatorum circumdedit, qui rixarum initia modica, & quasi privata sinerent: si à læsis validius ageretur; arma inferrent. Ludicram quoque licentiam & fautores histrionum velut in prælia convertit, impunitate & præmiis, atque ipse occultus, & plerumque coram prospiciens: donec discordi populo & gravioris motus terrore non aliud remedium repertum est, quam ut histriones Italia pellerentur, milesque theatro rursus affideret, &c. hactenus Ille.

VI. *Causam efficientem instrumentalem* suppeditant milites sive vigiles, eorumque præfecti, autoritate superiorum specialiter ad hoc officium obeundum constituti; quamvis excubias necessitatis tempore omnes agere teneantur, *vid. Æneæ Comment. Poliorcet. cap. 11. p. m. 394. Mund. tr. de mun. & hon. cap. 1. p. m. 43. n. 205. & seqq. & n. 267. &c.* Quod etiam ad clericos extendit *Petr. Gregor. Tholo-*



*Tholosan. Syntagm. Jur. Univ. lib. 18. cap. 20. n. 13. p. m. 365. & lib. 3. cap. 8. n. 4. p. m. 62. quum defensio juris naturalis sit, & necessitas legem non accipiat, sed det, L. ut vim. 3. de Justit. & Jur. c. 21. convenior. c. omni timore. 9. XXIII. q. 8. c. pervenit. 2. X. de immunitat. Eccles. add. cap. 3. §. 4. buj. Diss.* Hisce autem personis incumbit, cum omni apparatu militari, eas decente, in loco excubiarum personaliter, non aliis substitutis, comparere, omnem ebrietatem, somnum atque tumultum vitare, nullam bombardam, præterquam si hostis appropinquat, explodere, prouti hæc quemlibet edocere valent Imperatoris Maximiliani II. *Fußnechtbestallung zu Spener de Ann. 1570. artic. 38. verb. Es soll keiner einige Wächter an seine Statt stellen/ohne seines Hauptmauns Wissen und Willen. artic. 35. v. Es soll keiner in gefährlichen Orten/sonderlich dieweil die Wache besetzt/und bey der Nacht/abschiessen/es sey im Läger/Stätten oder Schloßern. add. artic. 57. p. m. 195. & 196. Holländisch Krieger-Recht/artic. 27. 58. & c. p. m. 132. & 167.*

VII *Materia* sive objectum sunt vis atque tumultus, in quantum scilicet adhuc gliscentes sedandi, juxta ac ante, quam subitaneam concipere flammam queunt, fructuosè rursus delendi. *Formam* repræsentat actualis illa extraneorum per turbas accidentium malorum averfio, quæ mediante vigilantia & circumspectione industria obtineri solet. Probè hæc intellexit Domitius Corbulo, exercitum Romanum gravis armaturæ, in quo decies mille numerabantur, præter exiguas fœderatorum suppetias, immani Parthorum multitudini opponens: prima autem ipsi tum temporis cura erat, teste C. Cornel. Tacit. *Ann. lib. 13. cap. 35. per tot. ne quis miles signa aut castra deserere-*



fereret; secūda, ne sine imperio in hostem iret; quibus addebat tertiam, ut omnes functiones, excubiæ, vigilia, operæque interdiu æque ac de nocte per armatos obirentur, *vid. Histor. de Minister. Cardinal. Richelii. Pol. Reminisc. lib. 5. cap. 6. p. m. 323.*

VIII. *Finis* consistit in unicâ salutis Reipublicæ intentione; cui immediatè debet respondere *Effectus*, undique videlicet exoptatissima tranquillitas. Quanquam ergò excubiæ nocturnæ eâ potissimum de re fuerint introductæ, non defuerunt tamen scelerati homines, qui iisdem fuerint abusi ad præsentissimum Reipublicæ casum juxtim & incommodum. Hinc iterum atque sæpius compertum est, latrones sorte ductos fuisse, noctibus ut excubarent speculandi gratiâ, ne scilicet inventi latrones deprehenderentur, *vid. Apulej. lib. 4. Met. & ex hoc Tiracuell. de Jur. Primogenit. op. 1. q. 17. n. 83. Polydor. Rip. de temp. noct. cap. 52.* Idem quoque de robbariam committentibus dicendum, quos tamen excubitores æquè ac ipsos deprædatores feriri gladio, eorumque cadavera post executionem rotæ affigi, (sicuti latrones vivos eorumque auxiliares rotâ confundi) videmus, modo de prædâ quid acceperint, *vid. Benedict. Carpzov. Jurisprud. Forens. part. 4. Constit. 39. defin. 3. ac Modest. Pistor. part. 2. quest. 63. n. 1. Natt. lib. 1. consil. 151. n. 3.* Præprimis cum hi sint maximè improbi fures; jam verò notum est, etiam in furto simplici in excubiis stantes perinde ut reliquos fures ipsum furtum perpetrantes puniendos esse. Innuit hoc allegata 39. *Constitutio Electoralis* in verbis: *Würde einer oder mehr zu der Zeit / wann ein Diebstal begangen / seinen Gesellen / so sich solches dergestalt mit einander verglichen / die Wache halten / und hernach von den gesto-*



gestolenen Stücken so viel empfangen und participi-  
ren/ darumb er sonst eines Diebstals halben möchte  
am Leben gestrafft werden/ so soll er/ gleich den andern  
Dieben/ mit dem Strange zum Tode gerichtet wer-  
den/ ungeachtet daß er nicht am Diebstal mit ange-  
griffen/ und die gestolenen Stücke selbst entwenden  
helffen. *add. Johann. Gœdd. ad l. 53. n. 12. ff. de Verb. Signif.*  
*Heinric. Bocer. de furt. cap. 3. n. 10. Quamvis in excubiis*  
*stantes interea, dum sacrilegium committitur, poenâ sacri-*  
*legii ordinariâ non teneri statuatur cit. Benedict. Carpz. def.*  
*4. quoniam in sacrilegio sola violatio sacrorum attendi-*  
*tur, quæ, cum stantes in excubiis propriè non lædant, me-*  
*ritò à poenâ ordinariâ Rotæ excusantur. Placuit igitur*  
*Scabinis Lipsiensibus gladii poenam hoc casu decernere,*  
*adjecto tamen augmento hoc, ut post factam executio-*  
*nem cadaver rei rotæ imponatur. Sed hæc obiter: pergi-*  
*mus jam ad*

## CAPUT II.

### DIVISIONEM EXCUBIARUM RA- TIONE REIPUBLICÆ TRANQVIL- LÆ PROPONENS.

#### §. I.

QVanta in quâvis probè constitutâ Rep. excubiarum  
sit utilitas, analogicâ quodammodo ratione bruta  
quoque nobis demonstrare valent. Sanè grues quædam  
noctu excubias agunt, ut reliquæ possint securius dormi-  
re capite infra alam condito: & quæ vigilant, illæ lapillos  
tenent altero pede, quia saltem altero pede stant: si igitur  
obdormiverint, per dilabentem lapillum excitantur. Dux

B

erecto



erecto providet collo, & prædicat, hinc versus *Florentin.*  
*Schoonhov. Embl. 22.*

Excubias grus sola gerit, pars cœtera dormit

Tuta, nec infidos sperat ab hoste dolos:

Grus notat hæc Regem vigilantem pro grege, qui si

Dormitat; incautum vastet ovile lupus.

*Vid. Wolfgang. Franz. Histor. Animal. part. 2. cap. 6. n. 6. p. m. 424. & cum Plin. Natural. Histor. lib. 10. cap. 23. Jacob. Andr. Crus. de noct. cap. 6. n. 5. p. m. 162.*

II. Non immeritò ergo consideratâ hætenus in genere materiâ excubiarum, quoad descriptionem intellige & causas, internas similiter ac externas, ordine jam progredimur ad species, quas necessariò diversa temporum facies fingere sibi cogitur. Constituimus autem, quicquid etiam dissentientes obganniant, excubias vel civiles, vel militares; easque ex utraque parterursus vel nocturnas, vel diurnas.

III. Civiles nocturnas excubias quod attinet, reperimus de iisdem sequens apud *Æn. Comment. Poliorcet. cap. 22. in fin. p. m. 422.* consilium: qui ad circuitionem à ducibus suis mittuntur, parvam scythalmam habento notatam à Prætore; hanc circitor primo vigili ad quem venerit, tradito, hic proximo; alius alii, donec scythalis per totam circumlata urbem, orbe impleto ad Prætorem fuerit relata. Præmonendi autem sunt circitores, ne ultra proximos vigiles scythalidem perferant. Si, cum venit circitor, desertum à vigile locum invenerit, omninò faciendum illi, ut scythalidem ei reddat, à quo accepit: ut Prætore rem intelligat, & eum vigilem cognoscat, qui non suscepit, sed stationem suam deseruit. Cuicunque autem mercenariorum militum vigiliæ ex ordine obeundæ fuerint, si ad  
con-



condictum locum non se steterit, lochagus, sive centurio aut ductor ordinis, hujus custodiam confestim vendito ei, quem primum invenerit idoneum; atque alium vicem illius vigiliam acturum substituito. Deinde prior mercenarius illi, qui vigiliam emerit, pretium de sua pecunia numerato. Die autem sequente Tribunus multam legibus institutam ab eo exigit.

IV. Praefuit hisce excubiis olim praefectus vigilum, quamvis ut extraordinarius & improprie sic dictus magistratus, *L. necessarium. 2. §. Et haec omnia. 33. de Origin. Jur. junct. L. Administrantes. 41. §. idemque custoditur. 1. ff. de Excusation.* cujus loco in urbe Constantinopolitana Justinianus noster Praetorem plebis creavit. Erat autem Praefectus vigilum constitutus ab Imperatore Augusto, pluribus incendiis una die in urbe exortis, *L. apud. 1. in fin. L. pluribus. 2. ff. de Offic. Praefect. vigil.* praepositusque septem cohortium tribunis, quorum unusquisque binas regiones dictae urbis tuebatur.

V. Officium ejus consistebat in his, ut secundum *L. nam salutem. 3. §. sciendum. 3. Et seqq. b. t.* vigilaret per totam noctem, & coerraret calceatus cum hamis & dolabris, & curam adhiberet omnes inquilinos admonere, ne negligentia aliqua incendii casus oriatur; praeterea ut aquam unusquisque inquilinus in coenaculo habeat, *Dn. Johann. à Feld. part. 5. Elem. c. 7. memb. 1. a. 7. p. m. 1045.*

VI. Notabilia certe sunt, quae hac de re profert *Johann. Calvin. Lexic. Jurid. b. v. p. m. 1022. verb. Praefect. Vigil.* ex *Dion. lib. 55.* Cum per id tempus multa in urbe incendio periissent, libertini generis homines septem in locis incendiis procurandis (Augustus) delegit; eisque equitem unum praefecit eo consilio, ut peregrino tempore il-



lorum operâ uteretur. Verum cum experiendo cognovisset, præsidium illud & utilissimum, & maximè necessarium esse, retinuit, suntque usque adhuc nocturnæ quodammodo excubiæ militares non ex libertinis tantum, verum etiam ex aliis constitutæ, quæ muris in urbe præfunt, mercedemque accipiunt, &c. Hactenus Ille.

VII. Coeterum prædicti hujus Præfecti potestas cognoscendi concernebat incendiarios, effractores, fures, raptores, receptatores, de quorum omnium maleficiis judicabat, nisi si qua tam atrox, tamque famosa persona sit, ut Præfecto urbi remittatur, §. *cognoscit. 1. L. cit. L. Præfecti. un. C. h. t. Johann. Coras. b. t. Barnab. Briffon. de Verb. Signif. b. verb.* Hinc facilè liquet, eum de capitali causâ nihil suâ voluntate statuere potuisse, quamvis primo intuitu hoc suadere videatur *l. cum servus. 15. ff. de Condict. caus. dat. caus. non secul.* Probabile namque est, id ipsi concessum fuisse ob vilitatem personæ servilis, *Matth. Wesenbee. ad tit. ff. de Offic. Præfect. Vigil. Dn. Georg. Adam. Struv. Syntagm. Jur. Civil. b. t. Ex. 4. tb. 27. p. m. 125.* quoniam verisimile vix videtur, præfectum hunc sibi hanc potestatem sumsisse de facto, non de jure, uti putant *Gloss. ad d. L. cum servus. 15. & Dn. Habn. p. m. Observat. ad Matth. Wesemb. w. l. c.* adeoque tam protervè in Leges Romanas peccare voluisse, quippe quæ non nisi nominatim merum imperium, quod in potestate gladii consistebat, dederunt, *add. Dn. Præsid. Disp. inaug. de Jur. tenebrar. cap. 2.* Plures solutiones, præsertim eam, quam *Azo ad L. n. cit.* affert, (potuisse nimirum præfectum vigilum cognoscere, quoniam non fuit publicum crimen, licet pœnam capitis impositam habuerit,) suis defensoribus scientes volentes relinquimus. Potest interim conferri in genere de hoc Præfecto



fecto vigilum Pompon. Lat. de Magistrat. Roman. lib. 1. cap. 10. p. m. 128. Rab. Volaterran. de Magistr. & Sacerdot. Rom. p. m. 191. qui *νοκτερινὸς ἑγρηγὸς* appellatur ab Andr. Alciat. de Magistr. Rom. p. m. 229. add. Just. Meier. in Colleg. Argentorat. b. t. p. m. 91. part. 1. Cujac. ad Nov. 13.

VIII. Vocabatur præterea hic Præfectus vigilum vir spectabilis, *L. nam salutem. 3. princ. ff. b. t.* quem titulum ad Præfectos pertinuisse, ex Cassiodoro ostendere conatur Mattb. Wesenb. l. c. contra verò à Pandectarum Compilatoribus in *L. cit. 3.* additum contendit Guid. Panciroll. in Notit. Imp. Occid. cap. 6. quamvis Gloss. ad b. l. p. m. 132. duplicem constituat præfectum vigilum, unum Cæsaris imperio institutum, spectabilemque; alium antiquo tempore excubiis præfectum, nondum sibi collatâ dignitate per principem, adeoque minus spectabilem, add. Johann. Accurs. Thesaur. Jurid. b. v. Haring. Sifrid. Sinam. de Hag. Fris. Exposit. Cod. b. t. Dn. Georg. Adam. Struv. l. c. th. 26.

XIX. Præerant aliàs apud vetustiores Triumviri incendiis arcendis, qui ab eo, quod excubias agebant, nocturni dicti sunt; elegans hæc de re locus extat apud Andr. Dominic. Flocc. Florentin. de Potestatib. Romanor. libr. 2. cap. 21. p. m. 107. haud multo, inquit, tempore post hujusmodi rogationes Triumviri nocturni creati sunt: quibus (ut existimatione deducor) difficili bellorum & civitium seditionum tempore, vigiliæ in muris, custodiæque per milites stationarios mandarentur. Id etiam curæ injunctum est, ut & nocturnas seditiones à civibus arcerent, & quies urbi conservaretur. Hujus sanè partes Magistratus in officium Præfecti Vigilum demum traductæ sunt. Non absimilis notæ sunt, quæ eadem de re profert Jan. Gulielm. de Magistr. Pop. Rom. tr. 16. p. m. 356. Triumviri



nocturni vigilias noctu circumibant, & ad incendia orta concurrebant. Erant dignitatis minimæ; ideo si parum strenuè suo munere fungerentur, puniebantur. Sic Tacitus, quod incendio restinguendo; Val. Maximus, quod excubiis obeundis parum diligentes fuissent, à Populo damnatos referunt. Labor, ut Compitales eos quoque dictos fuisse existimem, idque ex Pediani verbis; qui servum Milonis dormientem in taberna deprehensum, & ad Triumvirum Compitalem perductum scribit. Nisi fortè magisterio vicorum Tres viros functos, & Compitales quoque nominatos, quod Compitalicios ludos ederent, arbitrabimur. Sed prior opinio magis mihi arridet. In illorum locum à Divo Augusto nocturnæ excubiæ vigilesque ad incendia arcenda instituti sunt: fuitque præfecti vigilum magna & secunda ab urbis præfecto dignitas. Coeterum interveniebant nonnunquam & Ædiles, & Tribuni Plebis: erat autem familia publica circa muros & portam disposita, unde si opus esset, evocabatur, *L. apud vetustiores. 1. ff. de Offic. Præf. Vigil.*

X. Similiter etiam Comites Romani, ejusque comitivæ milites invigilare debebant nocte, ne statuæ dimoverentur locis suis, neve sepulchrorum monumenta furto auferrentur, infidiantesque privatorum fortunis & mœnibus puniebant, rei veritate discussâ, *Cassiodor. lib. 7. Variar. cap. 15. Polydor. Rip. Tract. de tempor. nocturn. cap. 48. n. 2. p. m. 146. Petr. Gregor. Tbolosan. Syntagm. Jur. univers. lib. 47. cap. 35. n. 12. p. m. 1012.*

XI. Eodem modo in urbe Constantinopolitana Imperator Justinianus, uti supra dictum, loco Præfecti vigilum Prætorem plebis creavit, eique jus gladii concessit nocte dieque in eos, qui mœchando, furando, vel alio modo



modo deliquissent, *Novell. 13. cap. 1. & seqq.* Nullis tamen prædicta præturæ dignitas tradebatur, nisi magnificis, illustribus, aut spectabilibus comitibus prætorianis, & notariis, *d. nov. 13. c. 3.* quoniam magistratus, quem Præfecti vigilum gerebant, vilioribus dari coepit, adeò ut cum eis fures & latrones conspirarent, de quo conqueritur Imperator in *novell. cit. cap. 1. in princ.* hinc ad ultimum nebuloso & obscuro noctis prænomine Nycteparchi sunt vocati, *addat. Johann. Calvin. Lex. b. v. Dn. Georg. Adam. Struv. l. c. tb. 28. Jul. Pac. Isagog. ad ff. b. t. in fin. Polydor. Rip. Mediolanens. Jct. de temp. noct. cap. 48. n. 5. Guid. Panciroll. in Notit. Imp. Orient. c. 27. Petr. Gregor. Tbolosan. l. c. n. 11. & 12.*

XII. Hosce autem & similes magistratus à Græcis ad Romanos pervenisse statuit *Jacob. Andr. Crus. de noct. cap. 5. n. 1. p. m. 127.* idque maximè veritati consentaneum videri contendit: quoniam de Græcis testantur Scriptores, peculiare apud eos ad id munus obeundum constitutos viros, vigilantiores & optimos; à Græcis igitur, uti pleraque hauserunt Romani, ita quoque verosimile est, Romanos ad exemplum Græcorum sibi nocturnos præfectos ad præcavenda incendia & delicta nocturna constituisse. Probè etenim cognoverunt, interesse Reipublicæ, noctu salutem & tranquillitatem populi magis magisque conservari, *Andr. Tiracquell. de pæn. temp. aut remitt. caus. 57.*

XIII. Porrò de urbe Româ etiamnum attestatur *Johann. Theodor. Sprenger. Rom. nov. lib. 1. cap. 2. p. m. 21.* illam non inter exigua sua ponere elogia, quod nullibi ferè ita punctualiter, quam ibi, colantur jura. Nec de nocte ibi, ut aliis in locis, peccari vel puerili extravagantia videbis; tam securè de nocte ambulatur, (ob excubias puta justè dispositi-



spofitas) ut nec minimæ offensionis quid metuas: non ut Parisiis, non ut Neapoli, non ut Venetiis vel furtis, vel gladio, vel pugnis sævitur; ibi media nox, imprimis fervida æstate, qua nocturno aëre levatur æstus diei, inter cantus & citharæ sonos citra noxam transigitur. Imò *idem Spreng. Tractat. cit. lib. 8. cap. 4. p. m. 292.* comprobat, quod specialiter tempore bacchanalibus destinato, ubi nox est, nec larvas, nec gladios portare liceat, qui contra fecerit, carcerem vix evadet. Nam tunc messis lictorum est, quos Sbippi appellant, qui ab omnibus angulis excubant, ut incautos affilient, & maximè ab illis, qui carceri Burgi destinati sunt, metuitur.

XIV. Comititia Imperii nostri Romano-Germanici quod concernit, cum in iisdem frequentissima hominum congregatio offendatur, muneris quoque Mareschalli est, industriè indagare, quomodo nocturnæ vigilum excubiæ constitutæ sint, quo pacto etiam circa portam, inuros, ac oportunis in locis, unde periculum metui queat, Senatus familiam publicam dispositam habeat; ne scilicet urbs per incendium detrimenti quid capiat, aut irruptiones fiant, tumultusve excitentur & seditiones. Atque huic rei consulitur per Serenissimum Imperii Archi-Mareschallum & Electorem, & hujus loco vicissim per Mareschallum hereditarium de Pappenheim; Quibus etiam demandata provincia, curiam, in qua publici actus celebrantur, lustrandi, ac ut omnia ad splendorem Comitiorum pertinentia ritè recteque ordinentur, providendi; ultimò denique jurisdictionem exercendi in Legatos & Legatorum familiam, advenasque omnes, *vid. Bernhard. Bertram. de Comit. Imper. Rom. Germ. membr. 5. tb. 59. 60. ap. Arum. de Jur. Publ. vol. 1. discurs. 9. p. m. 162.*

XV.



XV. Occasione excubiarum diurnarum insuper notandum adopinor, quod parili ratione de urbe Romā notat *Sprenger. pag. cit. 292.* in die etiam, præsertim dum Saturnalia prædicta celebrantur, præfectum lictorum, vulgò il barigello, cum suis equitando inter tumultuantes larvatos discurrere, illumque, si quid fortè incongruè accidat, avertendis & castigandis malis præsto esse.

§. XVI. Coeterum hic quoque quaestio movetur: an subditi cogantur indistinctè vigilare & excubias agere in Castro Domini? Hanc aliquando agitatum dicit *Christophor. Besold. Thesaur. Practic. verb. Wachen. 1. p. m. 983.* in causâ Pappenheim contra *Elgau.* ubi dominus profese militare asseruit jura magistratus, & vigore eorum hoc jus sibi competere: Domini verò Assessores ex mente *Jacob. de S. Georg. de Homag. col. fin. vers. an autem domini terrarum.* distinguebant: quod subditi non possint cogi ad custodiam in castro diurnam, vel nocturnam, nisi immineret periculum domini proditionis castrum, tempore guerræ, & subsit necessitas custodiendi; vel nisi pacto & consuetudine ad hoc adstricti sint. Cum autem hic nulla necessitas, vel periculum aut consuetudo allegetur, conclusum, subditos eo non gravandos, *add. Rutger. Ruland. decis. Jur. controvers. quest. 23. Maximilian. Faust. ab Aschaffenburg. Consil. pro Aerar. Class. 4. cons. 280. ord. 431. p. m. 165.* Et quod dominus jus excubiarum nec ex traditione rerum, nec consuetudine, nec pacto possidens, teneatur proprium propugnaculum seu castrum, & sibi subditos suis expensis defendere, cum censum ab illis accipiat; nec possit cogere eos ad excubias personales, vel ad contributionem custodiæ, tradit *Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. Civil. lib. 6. cap. 3. n. 16. p. m. 117. cum Nicol. Boer. Decis.*



21. Bald. Conf. 248. vol. 3. Guid. Pap. Decis. 531. n. 5. Chassan.  
in consuet. Burgund. tit. de Feud. n. 25. cum alioquin hæc  
excubiarum jura sint odiosa tempore pacis, maxime cum  
cesset causa, & ideo debeat tolli effectus.

XVII Sanè jure Saxonico Electorali, exceptis quin-  
que casibus, rustici & subditi onus castra dominorum cu-  
stodiendi in sese recipere non tenentur; sicuti etiam ab eo-  
dem excusantur advenæ, qui solum conductitias in pagis  
vel oppidis ædes habent; & clerici sive pastores, quippe  
qui nec ad alia servitia regulariter sunt adstricti. Sunt  
autem quinque isti casus excepti (1.) si legitimâ consuetu-  
dine hoc fuerit introductum. (2.) Si pacto speciali sic con-  
ventum. (3.) Si bellum sæviat publicum. (4.) Si incen-  
darii grassentur. (5.) Si dominus habeat inimicos capita-  
les, vel à diffidatoribus aliquod periculi timeat. Innuit  
hoc Elector Saxonix D. Augustus part. 2. constit. 51. ibique  
Bened. Carpzov. p. m. 865. & seqq. definit. 1. 2. & seqq. Tit.  
Ob die Bauern und Unterthanen ihrer Herrn Ritter-  
sitze zu bewachen schuldig? verb. Ob wohl die Leute  
über ihre gesetzte Dienste solche Bürde ihnen auffdrin-  
gen zulassen vermöge beschriebener Rechte nicht pflich-  
tig / da aber dennoch eine vorwårte Gewonheit oder  
aber sonderliche Pacta und Vereinigungen könten  
dargethan werden / oder es wäre in gemeinen Kriegen  
läufften / oder daß Mordtbrenner schaden thäten / o-  
der die Lehnherren hätten abgesetzte Feinde / auff solcher  
Fällen einen sollen die Leute über ihre gesetzte Dienste  
den Rittersitz zu bewachen schuldig seyn. Sufficiunt  
præterea excubiæ foris præstitæ, nec possunt præcisè sub-  
diti cogi, ut intra & in areâ castrorum excubias agant: nec  
debent eadem multiplicari defuncto domino, multipli-  
catis



catis licet possessoribus & castris; nec alii extraneo, sed unico solummodo domino fieri: imò subditi ac rustici maleficos in carcere custodire, eaque de causâ excubias ante fores agere haud sunt obligati, nisi aliud consuetudine fuerit introductum, *vid. fufius Nicol. Boer. decis. 212. n. 1. & seqq. Daniel. Moller. & Benedic. Carpzov. ad Constit. Sax. §1. jam cit. Matth. Berlich. part. 2. conclus. 64. n. 13. Fulv. Pacian. de Probation. lib. 2. c. 37. n. 51. Job. Gars. de Expens. cap. 9. n. 7. Ferret. addit. ad Guid. Pap. decis. 9. Jason. in L. Fructus. 7. §. impendi autem. 16. ff. Solut. Matrim. n. 3.* Debetur etiam subditis excubitoribus victus usitatus, qui est panis & caseus, nisi expressè de consuetudine contrariâ constet, idque propter clara Serenissimi Electoris verba in *Constit. cit. §1. part. 2.* Jedoch daß in diesen Fällen / wann sie über ihre gesagte Dienste dienen müssen / und an den Dörtern / da es anders nicht herkommen / ihnen Käse und Brodt gegeben werde.

### CAPUT III.

#### JURA EXCUBIARUM POTISSIMUM TEMPORE REIP. TURBATAE PERTRACTANS.

##### §. I.

**E**Xcubias, in quantum aliquem in pacatâ tum maximè Republicâ usum obtinere potuerunt, seposituri, excubias militares, easque magis ferè propriè sic dictas offendimus. De harum necessitate autem vix est, ut multa anticipemus; quum fides historiarum probatissima ad oculum eandem indigitet. Sanè Q. Cæcilius Metellus, desperatâ jam victoriâ, cum discessum meditaretur, cer-



tior factus à Sostrato proditore, custodias vigiliasque festo die negligentius servari, Syracusas cæsis vigiliis invasit. Athenienses in bello, quod adversus Peloponneses anno sexto & vigesimo gerebant, diuturnâ militiâ fessi remissius custodias excubiasque agebant: Quâ re cognitâ, Lyfander passim in agris diffusos oppressit, *Hippolyt. à Col. lib. Princeps. cap. 20. p. m. 64. add. de militibus Vitellii Tacit. hist. lib. 3. c. 69. n. 8.* Similiter Atheniensium Ducis Phormionis inexpectatam vim prohibere non potuerunt Chalcidenses remissâ urbis custodiâ. Hinc igitur Hermocrates Syracusanus superatis acie Atheniensibus, veritus, ne captivi, quorum ingentem manû in potestatem redegerat, parum diligenter custodirentur, quia eventus dimicationis in epulas & securitatem compellere victores poterat, fuxit, proximâ nocte equitatum hostilem venturum: quâ expectatione affectus est, ut attentius omnino vigiliæ agerentur, *vid. Sext. Jul. Frontin. Stratagemat. lib. 2. cap. 9. n. 6. p. m. 279. lib. 3. cap. 3. n. 2. p. m. 293. & cap. 11. n. 1. p. m. 309.*

II. Fuerunt autem militares excubiæ, præsertim nocturnæ, olim divisæ in quatuor ternarum horarum spatia, ita ut primæ, secundæ, tertiæ, quartæ dicerentur; confirmant hæc *Anastas. à Vall. Quiet. & Constant. à Mont. Labor. Compend. Fac. Historic. ex Operib. Just. Lips. lib. 5. p. m. 290. de milit. Roman.* quod scilicet vigiles quaterni se dividerint in quatuor partes, ita ut singuli vigiliam unam noctis obirent, forte dividente, per ternas quique horas. Erant ergo 4. vigiles atque unâ, sed unus ex iis suâ vigiliâ quisque perstabat intentus & verè vigil, alii adjacebant aut accubabant. Itaque his quies aliqua, & ille stans, si auxilium posceret, ad manum habebat. Multo melior hæc ratio,



ratio, quam nostrarum sentinellarum, quæ prorsus solitaria, & certè à suis abjuncta. Itaque facile intercipiuntur, qui verò ad vigilias destinati erunt, ex singulis eorum excubiis unius cujusq; manipuli Tergiductor ducebat vesperare ad Tribunal, qui primas erant acturi Quis ergo secundos, tertios, quartos? Probabile est, ipsos istos primos tesseras quoq; eorum in vicem accepisse: nec excubitores post venisse sub suam horam, sed illicò eam otio expectasse. Idem statuit *Polyd. Rip. de Temp. noct. c. 50. n. 9. p. m. 148.* de Veterum excubiis, qui singulis certos ignes accendere debebant, *add. Job. Calv. Lexic. Jur. verb. vigilia. Diodor. Sicul. l. 29.* Impossibile namq; videbatur, in speculis per totam noctem vigilantes singulos permanere, *Flav. Veget. de Re Militar. lib. 3. cap. 8. p. m. 86.* Atque hoc etiamnum usu receptum, imò tam belli, quam pacis tempore maximè congruum esse attestatur *Dn. Georg. Andr. Bæcler. Schol. militar. modern. class. 34. Von Besatzung der Bestungen und Schanzen. p. m. 714.*

III. Inspectio atque cura earundem similiter commissâ est præfecto excubiarum, **dem Wachtmeister** / cujus muneris est, excubias ordinare & educere, reliquos inferiorum ordinum præfectos in severâ disciplinâ continere: tesseram militarem acceptam à magistro equitum clam distribuere, excitato tumultu exercitui indicere, quo loco concertatio fieri debeat, *vid. Reinbard. König. Theatr. Polit. part. 3. cap. 10. n. 4. p. m. 69. 70. & ex hoc Christoph. Besold. Thesaur. Pract. verb. Wachtmeister. p. m. 984.* Plura recenset *Georg. Andr. Bæcler. Schol. Militar. class. 3. Von Krieger-Plumptern. pag. m. 64. & sequ.* ad quem brevitas causa curiosum Lectorem remissum volo; tum maximè, quum & *Class. 35. von Wachten in genere & in*



*specie. p. m. 725.* vir hicce ingeniosus utique exactissime officia magistratum bellicorum in puncto excubiarum describat, cujus verba, ne plagium committere, aut me alienis ornare plumis velle videar, prouti loco citato inveniuntur, exscribere, ob singularem eorundem rotunditatem, juxtim & utilitatem non piguit: Weils bey Außstellung der Schildwachen sehr viel gelegen / insonderheit / wo Cavalleria logiret, als hat man kürzlich nachfolgendes in acht zu nehmen. (1.) Dem General-Wachtmeister / Obristen / &c. stehet zu / dem Rittmeister und Lieutenant der Compagnie / an welcher die Wacht ist / die Derter zu weisen / dahin die Schildwachen sollen gestellet werden / darnach gebühret dem Lieutenant dieselbige zu stellen und abzulösen. Der Lieutenant / soll das erste mahl die Corporal mit sich nehmen / und ihnen die Stelle weisen / damit sie wissen / wann und wo man die Schildwachen ablösen wird. Præterea in commutatione excubiarum sequens agitatur ratio secundum *Autorem* prælaudatum *p. m. 724.* Der Lieutenant zeucht aus dem Lager oder Quartier mit allen Soldaten / welche Schildwacht halten sollen: Den halben Theil übergiebet er einem Corporal / so er mit sich nimmt: Den andern halben Theil behält Er bey sich. (2.) Nach deme nun solche Abtheilung geschehen / so zeucht der Lieutenant mit dem halben Theil auff der einen / und der Corporal mit dem andern halben Theil auff der andern Seiten / und umbgeben also den Ort oder das ganze Quartier / da man die Schildwachen hinstellen solle / und setzen also die Schildwachen herum / ie nach dem es die Noth erfordert / biß daß sie beyde einander antreffen und wieder zusammen  
fom-



kommen. (3.) Diejenige Schildwachten so allbereit  
ausgesetzt / und hiermit abgelöset werden / nimmt ein  
ieder von diesen beyden Officirern wiederumb mit sich  
in guter Ordnung nach dem Quartier. (4.) Der Lieu-  
tenandt und Corporal können auch einen Trompeter/  
wo es nöthig / bey sich haben / darmit die Wachten auf-  
und abführen. (5.) Der Rittmeister über die Com-  
pagnie weist den Schildwachten / wie sie sich zu ver-  
halten. Er thut auch die Runde. (6.) Der Lieute-  
nandt und Cornett seynd ebenmässig schuldig die Run-  
de zu thun.

IV. *Haec excubias, si gravior quandoque ingruat  
necessitas, videlicet si hostes aut instent, aut facile instare  
possint, subire etiam tenentur Doctores, & ipsi insimul  
Senatores, & Consilarii; quinimò & Ecclesiastici, c. 2. per-  
venit. X. de Immunit. Eccles. Nicol. de Tudesch. Abb. Panor-  
mitan. Comment. b. l. & incolæ villarum, & mulieres ad  
custodias castrorum, ad quæ confugerunt, adiguntur; nec  
dignitatis, nec officii adserere possunt excusationem, quo  
minus per alios idoneos subeant ultrò, atque exempli sui  
autoritate nobilissimos quosque, alioquin immunes, invi-  
tent ad eandem curam pro Reip. salute subeundam, add.  
Petr. de Ancharan. Cons. 192. n. 4. & 5. Luc. de Penn. in L.  
cum neque. 4. vers. super hoc Dn. Bartol. C. de Incol. lib. 10.  
Matth. Wesenbec. Cons. 215. n. 3. & 20. vol. 5. Georg. Mund.  
à Rodach. de Muner. & Honor. cap. 1. n. 205. & seqq. p. m. 44.  
Anton. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 28. definit. 23. Francisc. Lucan.  
de Fisc. part. pr. 3. n. 28. Quamvis hæc in consequentiam  
non statim sint trahenda, secundum Mund. l. c. Bartol. à  
Saxoferr. in l. 1. §. permittitur. ff. de Aqu. Quotidian. &  
Æstiv. Gædd. Cons. Marpurg. 28. n. 24. vol. 2. Alberic. in L.  
alis*



*alienationes. 13. ff. Fam. hercisc.* Quæ siquidem interdum  
necessitate impellente permittuntur, juris necessitati non  
statim subjiciuntur. Multò minus verò permittendum,  
ut personalia talia munera, in fraudem legis, in realia &  
mixta transmutentur, eaque ratione, quod directò non  
procederet, oblique introducatur, dum per conductas  
tertias personas eadem subire & expensas facere cogeren-  
tur, quod patrimonialium proprium est.

V. Harum etiam excubiarum bellicarum requisita  
tria proponit generalia atq; prudenti bellorum duci com-  
mendat sedulò *Reinbard. Konig. Theatr. cit. part. 3. cap. 13.  
n. 37. p. m. 131.* Quorum (1.) cum in excubiis ingens belli  
momentum sit positum, idcirco dux omnem rationem  
excubiarum accuratè disponere & ordinare debet, & fide-  
libus ac vigilantibus ad eam rem ministris uti. (2.) Ex-  
cubias habeat duplices: diurnas & nocturnas, & in utris-  
que certos gradus, ut nempe milites vices inter se distri-  
buant stationis; ita ut modò periculosas, modò minus pe-  
riculosas in excubando stationes obeant. Id fortè olim  
factum fuisse, non obscure innuit *Virgil.* Omnis per mu-  
ros legio sortita periculum excubat, exercetque vices, quod  
cuique tenendum est. (3.) Dux curet subinde visitari  
excubias, & ipse etiam, nocturno præsertim tempore, vi-  
galias obeat, quæ intra vallum habentur. Interdiu verò  
equites qui pro castrorum custodiâ ponuntur, alii ante, alii  
post meridiem, propter hominum equorumque fatigatio-  
nem, Tribunorum ordinatione mutandi sunt, *add. Kecker-  
mann. in System, Polit. c. 30. p. 482. Hippol. à Collib. Princeps.  
cap. 20. p. m. 65. Flav. Veget. Renat. Institut. Rei militar. ad  
Valentinian August. lib. 3. cap. 8. p. m. 86.* Sed quoniam  
hæc militiam ferè unicam veterum concernunt, juxtim &

EX



ex allegatis in §. 3. b. c. manifestiora reddi possunt, plura  
adjicere nolumus.

VI. Magis interim, ratione horum requisitorum,  
nobis placent ea, quæ scripsit *Æneas, vetustimus Tacticus, in  
suo Poliorcetic. sive Commentar. de Tolerand. obsidion. cap.  
22. p. m. 416. & seqq.* quod scilicet, quando periculum sub-  
est, & hostis ad urbem, vel castra consedit, prætorem, qui  
urbi præest, & qui illum comitantur, circa Curiam & fo-  
rum, si quid in eo firmitudinis, stationem habere oporteat;  
vel locum alium totius urbis munitissimum, atque  
è longinquo conspicuum intervallo sibi delegisse conveniat.  
Circa prætorium tendere debent tibicen & præcones  
cursores, qui sive dandum sit aliquod signum, sive aliquid  
imperandum, prætori sint ad manum. Custodes,  
ad quæcunque observanda hinc inde dispositi, brevis temporis  
vigilias agant: multæ eorum sint stationes, & simul  
in singulis multi homines. Præterea expedit etiam, ut  
nemo vigilum norit, neque ubi stationem habebit, neque  
in quâ urbis parte vigilabit: item ut non semper iisdem  
ducibus utantur, sed ut quam frequentissimè rationes  
universæ, quæ ad urbis custodiam pertinent, mutantur,  
ad eò quidem, ut & illi, qui excubias interdiu egerunt, vigilias  
insequente nocte non subeant.

VII. E singulis porrò vigiliarum stationibus, attestante  
*Eod. laud. Æn. l. c. p. m. 418.* per singulas vigilias ito  
procustos, vir unus ad proximam stationem: ex illâ item,  
alius ad sequentem: & ex aliis similiter ad alias: præceptum  
autem esto omnibus, ut dato signo idem faciant. Porrò  
invicem adversos stare vigiles expediet; atque in eâ urbis  
parte, quâ facillimè adiri potest, & quæ hostium insidiis  
maximè est oportuna, collocandi ii, qui plurimum possident,

D

qui-



quiq; honoratissimi censentur, & in publicis rebus partem maximam obtinent. Hoc amplius illud quoque egregium, ut scalæ aut gradus ad conscendendos muros temerè omnibus non pateant. Hibernis temporibus & caliginosis noctibus lucernas intra laternas lucere oportet, ut ad quoscunque aliquis accesserit, illi hostile prætori per laternam dent signum. Optimum & illud arbitrantur, per tales noctes extra muros canes vinciri, qui perpetem noctem ibi maneant: quippe hi longiori intervallo speculatorem indicabunt, aut veterem transfugam muris clam succedentem, aut novum aliquò erumpentem: vigilem similiter, qui fortè obdormierit iidem excitabunt. Rationes horum requisitorum fusius prosequitur supra allegatus *Æneas l. c.* ad quem brevitatis studio ducti quemlibet desiderantem ablegamus.

VIII. Vigiliis Romanorum prætorum sequentem in modum administratas fuisse scribunt *Anastas. à Vall. Quiet. Constantin. à Mont. Labor. de Milit. Roman. lib. 5. p. m. 181. & seqq. Polyb. Lycort. F. Megapolitan. Comment. Polemic. Roman. Tit. de Disposit. Legion. in Castrametat. p. m. 494. & seqq.* Imperatorem videlicet & Prætorium ejus custodivit manipulus ante fores solitus excubare. Tributonū tabernacula, qui ad id fuerunt designati è singulis manipulis. Similiter etiam ad quemque ordinem excubias è suo numero omnes locaverunt: reliquas Imperator ipse disposuit: ferè ad Quæstoris tutelam ternæ excubiæ constitutæ: ad Legatorum, qui concilium participarunt, binæ: at laterum exteriorum custodiam velites egerunt, qui propter vallum totum de die in excubiis manserunt: hi ad unius cujusque portæ ac lateris custodiam de suo numero denas collocarunt excubias. E singulis autem quaternionibus  
eorum,



eorum, qui ad custodias agendas erant destinati, ille qui primus in statione erat futurus, ad Tribunum vespere deducebatur ab agminis coactore cuiusque signi. Tribunus omnibus his pro singulis excubiis parvulas è ligno tessellas tradebat oppidò exiguas, quæ notâ quadam erant insignitæ: illi his acceptis ad designatas quisque stationes concedebant. At circuitionis fides curæ equitum demandabatur. Oportebat quippe, ut, qui primi erant in quaque legione Turmarum præfecti, uni è suis coactoribus agminis, manè huiusmodi darent præceptum: ac juvenibus quatuor suæ turmæ ante prandium ediceret, ipsos esse qui circuire deberent: deinde præfecto turmæ secundæ significare idem tenebatur sub vesperam ipsum circuitionis munus in diem sequentem. Hunc quoque similiter, ubi præceptum accipit, eadem facere cum jam dictis in proximum diem oportebat; & ita alios quoque deinceps.

IX. Præterea secundum laudatum *Polyb. p. m. 496.* quatuor illi, quos è primâ turmâ agminis coactores elegerunt, vigiliis inter se sortiti, Tribunum adibant, & scriptum ab eo accipiebant, quæ loca & quot vigiliis obire oporteret: deinde ad primum manipulum triariorum excubias agebant illi quatuor: quoniam ejus Centurioni cura incumberebat ad quamque vigiliam buccina signum dandi. Ubi tempus veniebat, primam vigiliam circumibat, qui eam esset sortitus, testes secum habens ex amicis nonnullis: obibat autem hic dictas stationes non circa vallam duntaxat & portas, verum etiam circa manipulos omnes ac turmas; qui si primæ vigiliæ custodes offendisset vigilantes, tenue illud lignum ab iis accipiebat: at si aliquis dormiens fuisset inventus, aut qui deseruisset, attestatus eos, qui aderant, abibat, consimile fiebat & ab iis, qui sequentes vigilias lustrabant.



bant. Dandi autem signi buccina vigiliis singulis, quo circuitoribus cum vigilibus conveniret, curam gerebant suo quisque die Centuriones primi manipuli Triariorum, ex utraque legione. Primâ dein luce singuli, qui perlustraverant vigilias, ad Tribunum tesseras deferebant, quæ si tot invenirentur, quot fuerant datae, inculpati discedebant; sin pauciores aliquis referret, quam pro numero excubiarum, ex impressâ notâ de eo excubitorum quaternione, cuius ratio non constabat, inquirebant: qua re cognitâ Centurionem vocabat: hic designatos ad vigilias adducebat: qui cum circuitore disceptabant. Quod si penes vigiles culpa hæreret, confestim qui lustravit, testificatum se esse proximos declarabat: hoc enim faceret, oportebat: atque id, si non esset factum, ad circuitorem redibat culpa.

X. Tantum equidem de antiquo excubiarum apud Vetustiores Romanos more dixisse sufficiat. Pergo jam ad excubias moderno usu introductas, tam extraordinarias, quam ordinarias: illa in casu inevitabilis necessitatis, & quando hostis vestigia premit, instituuntur, præprimis ubi insultus hostiles nocte metuuntur: die autem, lucem, & per consequens uberiores tutelam suppeditante, plerumque iterum dimitti solent. Hæc plerumque post meridiem solent commutari, ita quidem, ut ad confusionem hosti conciliandam semper hora commutetur, atque nullus excubitorum ante cognoscere queat, quo loco stationem habere debeat, quam assignatio à præfecto fuerit distributa. Præterea notandum, quod excubiæ apparatusi bellico addicæ, (*bey der artilleria*) ad evitationem tabaci & aliorum ignis incommodorum; sicuti etiam eæ, quæ in extremis solent poni terminis, (*die verlohrene Schildwacht*) regulariter nullis utantur scloppetis, sed tantum instruantur vel nudo gla-



gladio; vel etiam militaribus præacutis hastis, justam, vel dimidiam veræ proportionis longitudinem exæquantibus, (mit Piquen/oder halben Piquen) una cum consuetis, quibus aliàs cinguntur, gladiis. His quoque tessera militaris nequaquam communicanda venit, ne per interceptionem, ab hostibus totum corpus militare periclitationem subire, necessum habeat, *vid. Georg. Andr. Böckler. in Schol. Militar. modern. Class. 35. p. m. 723.*

## CAPUT IV.

### QUÆDAM DE ACCIDENTIBUS EXCUBIARUM DOCENS.

#### I.

Connexum excubiarum est ædificium, ad capiendum, excubias partim principales, *die Hauptwache*/partim etiam solitarias & in extremis ferè positas, *die Schildwache*/adaptū. Illius, quod alias *Corps de Garde* vocatur, structuram juxta & distributionem in partem principalem, ad Præfectos, & minus principalem ad milites gregarios pertinentem; nec non positionem cum in foro, tum in qualibet castelli portâ, item in medio cujusque propugnaculi principalis, &c. docet *Bæcker. l. c. p. m. 726.* Hujus similiter exædificationem triplicem in qualibet parte propugnaculi; sicuti & in mediâ inter duo propugnacula valli parte, (*der Cortine*,) supra portam; similiter extra portam propè cancellos, armamentaria, curias, cancellarias Gubernatoris & Directoris bellici tradunt apud nunquam satis prælaudatum Autorem, aliosque Eundem sequaces effusimè. Alterum excubiarum maximè necessarium requisitum est tessera militaris, *die Losung*/ quam primus in



bello dedit Palamedes, secundum *Plin. lib. 7. natur. histor. cap. 56.* quæ paucis verbis, imò unico tantum ut sit concepta, tutissimum est; quo nempe tanto secretior possit servari & enunciari promptius inter milites, utputa: victoria, palma, virtus, *Reinbard. König. Theatr. Polit. part. 3. cap. 13. n. 38. p. m. 131.* quandoque verba conjunguntur, videlicet: Deus nobiscum, triumphus Imperatoris, *Flav. Veget. Renat. de Re Militar. lib. 3. cap. 5. p. m. 75.* item in castris Cæsaris, Venus Genitrix; in Pompeji, Hercules invictus; in Antonii Landeus, &c. & alia, quæcunque voluerint dare ii, qui in exercitu magnam obtinent potestatem, *add. Godesch. Stewech. ad cit. libr. 3. cap. 5. Veget.* Ista autem vocabula quotidie varianda sunt, ne ex usu hostes signum agnoscant, *El. Schröder. de Jur. Bellic. th. 5. lit. c. ap. Dominic. Arum. de Jur. Pub. vol. 1. disc. 23. p. m. 658.* Hic obiter quoque notandum puto Iphicratis præceptum, ut vigili ac circuitori eadem tessera non detur, sed utrique diversæ: ut is, qui prius fuerit interrogatus, respondeat, Jupiter servator, si contigerit hanc illi datam esse tesseram; posterior verò interrogatus, Neptunus. Hoc enim pacto minimè decipietur ab hostibus: minimeque ad eosdem per transfugas tessera deferetur, *Æn. poliorcet. cap. 24. p. m. 428.*

II. Hodie tesseram in aurem saltem infusurramus, quæ discursu quoque datur; nihil hinc opus, & distribuitur in summâ quiete. Ipsi quidem Centuriones legunt & porrò tradunt; sed lectam iis enunciant, quorum sunt vigilandi vices. Ita omnia ordine; à summo Imperatore Tribunus, ab ipso Centurio, ab hoc miles in suo manipulo quisque accipit. Quomodo olim data fuerit, patefcet præter hæc, quæ in §. 8. & §. 9. cap. 3. *disp. present.* dicta sunt, etiam ex antiquâ tesserae structurâ, quam nobis sub-

mini-



ministrant *Anast. à Vall. Quiet. & Constantin. à Mont. Labor. de Milit. Rom. lib. 5. p. m. 186.* Erat autem tabella latiuscula è ligno inscripta; nempe ipso nocturno signo aut dicto, quod esse vellet Imperator. Sæpè unum, alterum verbum inscriptum erat; interdum mandatum, aut sententiam habebat, aut versum, ut in pugnâ. Et Imperator quidem ipse ore dabat & pronunciabat, sed Tribunitum inscribent, & dividebant. Tesserarius acceptâ tesserâ à Tribuno, non loci aut dignitatis ordine dabat, incipiens à primis manipulis, sed contra, redibat ad suum & ultimum manipulum & Centurioni dabat: ille acceptam proximi manipuli Centurioni, iste iterum proximi, donec ad primos manipulos perventum esset. Hanc quoque tabellam tesserâ inscriptam ad mandata adhibuerunt veteres, attestante laudato *Anast. à Vall. Quiet. l. c. p. m. 187.* quæ tesseras sic inscripta securitatis causâ, ne quis quid excusaret; atque ideò sæpè grandiusculæ fuerunt, & quibus inscribi plura possent. Sic enim tutò data sub noctem, & sine periculo revelationis, vigiliis jam ponendis. Denique & celeriter sic transmissa ordine noto. Per tesseras etiam iter edicebant sæpissimè & ad absentes quoque mittebant. Dabant & interdum signatas, nec nisi tempore & loco referandas. Non obstat assertioni huic *Polyb. Comment. Polemic. Roman. p. m. 494.* qui parvularum è ligno tessellarum, à Tribuno omnibus pro singulis excubiis traditarum, mentionem injicit. Ast hæc tesseras omnino à prioribus diversas fuisse manifestò demonstrat *Const. à Monte Labor. p. m. 192.* Illæ uniusmodi fuerunt, & signa aut dicta nocturna, quibus sese ab hoste internoscerent: illæ diversiformes, & propriæ cuique vigiliæ. Etiam in modulo discrimen. Illæ tabellæ latiusculæ; istæ planè exiguæ



exiguæ aut velut taleolæ. Omnino non aliud fuisse videntur, quam ligella, cum notâ duplici impressa; alterâ manipuli, alterâ vigiliæ ipsius. Id hoc fine, ut Tribunus eâ reditâ, statim conspiceret, quis in manipulo, & quotâ vigiliâ munus fecisset aut non fecisset.

III. Tertium, circa excubias observandum, est circuitio, quam turbatis imprimis, pariter & periculosis temporibus faciendam s'vadet *Æneas cap. 26. p. m. 430.* primò quidem in foro duobus lochis sive manipulis cohortibusve, congregatis: quæ alternis inter sese vicibus ad muros accedant, armis, quorum fuerit copia, probè instructæ: mutum item signum exactè tenere debent, quo è longiore intervallo sese invicem dignoscant. Præcipuè autem sine laternâ circuire convenit, nisi admodum sæviat hiems & densæ sint tenebræ; sin aliter, laterna affulgeto, non in altum quidem, (tegatur enim aliquo) sed in terram duntaxat, & quæ ante pedes sunt, lumen emittito.

IV. Moribus nostris circuitio vel ordinaria, vel extraordinaria est. Ordinaria perficitur ab excubiis principalibus, von der Hauptwache / & quidem per signiferum vel alios inferiores magistratus bellicos, durch den Fendrich / Gefrenten / &c Extraordinaria instituitur à ducibus gravioribus pro lubitu, nullo certo tempore destinato, v. g. Von den Obristen / General oder Commendanten. Circuitor à decurione (Corporal) tesseram, (das Wort) accipit, vel etiam horis concubiæ noctis præterlapsis, eidem aperire tenetur: sicuti hæc omnia latius deduxit *Georg. Andr. Bæcler. l. c. p. m. 727. & seqq. verb.* Derjenige / so die Runde thut / nimmt dem Corporal das Wort ab / so aber derselbe das Wort nicht recht hat / giebt man ihm solches anderst. Item der Corporal gehet der  
Runde



Runde mit 4. Mußquetierern / so brennende Lunte haben / entgegen / und nimmt das Wort von derselben. Wann es aber die Haupt-Runde ist / und vor Mitternacht ankommet / so ist er schuldig derselben das Wort zu geben / aber nach Mitternacht nicht / wie schon erwehnet worden. Item. Es soll keine Runde / so der andern auff dem Wall begegnet / das Wort zu geben schuldig seyn / es sey dann / daß es dem Feldherrn / General oder Commendanten also beliebig. Item: nach der Haupt-Runde folgen die Befreyten alle Stunden / auch oftmahl wo man belägert / oder Gefahr vorhanden alle halben Stunden / *u.*

V. Non probamus tamen, quæ *cit. cap. 26. p. m. 431.* profert *Aneas* de exercitu afflicto atque profligato: Si exercitus, postquam malè pugnavit, afflictus est; aut si, quia multos suorum desideravit, aut quia vulnera multa accepit, vel propter defectionem sociorum, aut propter alium aliquem casum animis conciderit, atque ad humilitatem fuerit redactus; ac propterea in periculo res versetur, vicino hoste; omnia quidem observanda sunt, quæ de vigiliis & circuitionibus antea scripsimus: sed cave id agas de industria, ut aliquos invenias è custodibus aut procustodibus, qui propter somnum aut lassitudinem ex labore negligentius officio fungantur. Non enim expedit, si miserè jam affecto exercitui animos magis adhuc frangere, quod quidem futurum, sit verisimile, si turpius aliquid admisisse fuerit deprehensus. Quin danda tibi potius opera est, ut res afflicti procures, curando corpori & viribus reficiendis necessarias: & ut circuitores ejusmodi temporibus, quando ad vigiles accedunt è longioris intervalli loco, fiant manifesti, voce aliquâ procul editâ, ut prin-

E ceps



ceps custodum, si dormiat, excitetur, & ad respondendum, quod fuerit interrogatus, sese comparet. &c. Sed hæc, ut diximus, non omnimodò ferre possumus, quum potius, ubi metus hostis exquisitus atque singularis est, uti hic præsupponit *Autor cit.* excubiæ sint diligentissimè, imò accuratissimè observandæ: nec lassitudo militum, aut desperatio fortassis, aliquid excusationis meretur; cum multo magis per creberrimè iteratam vigiliarum mutationem res magis tuta, & militi defatigato minus molesta evadat.

VI. Similiter omni certè scrupulo non caret, quando statuitur, in urbe, quæ equos alit, & equitationi apta est, equites ad circuitionem adhibendos esse, propterea quod per frigora & pluvias, noctesque longas citius absolvatur hoc pacto circuitio. Quoniam etenim circuitiones, ipso confitente *Æneal. c.* teclè, ut &, in quantum possibile, sine strepitu, ac laternâ confici debent, (ne forsitan milites, multò ante notum habentes ducis adventum, cæpotissimum horâ intentè custodiant,) multo magis certè hoc fieri debet absque equis, quia non tam facile ferrea equi ungula adeò lentum in modum procedit, quam gressus suos homo formare potest.

VII. Nec insuper conducibile videtur, quod circuitores, cum noctes sunt tenebrosæ & obscuræ, lapides habeant, & alium atque alium extra muros jacent: quoniam hoc ab omni metu haud alienum videtur, tum maximè quoties suspecti alii aliis sunt cives. Idem dicendum de eodem processus genere, à vigilibus extra vel intra muros instituendo, ut scilicet, qui jacent, quasi aliquos viderent, interrogent, quinam sint? Ratio subnecti potest sequens, quod fieri possit, ut casu fortuito animadvertan-

cur



tur quidam muris appropinquantes. At hoc quoque illud incommodum redolere videtur, quod hostes, qui hoc pacto ad moenia accedunt, praesentire nemo possit, cum propter circitorum vocem, tum propter lapidum conjectionem: melius igitur in loco silente id fieri assolet. Atque tantum de tesseris & circuitionibus militaribus dixisse sufficiat: potest, qui vult, singula ex citatis haecenus Autoribus accuratius examinare, juxta &, an semper applicari pro rerum contingentia possint, animadvertere Nos impraesentiarum haec deponimus, atque reliqua, ad pertractationem excubiarum non parum adjuvantia, ad manus sumimus. Aliud interim circuitionis atque vigiliarum genus ponit *Ææcler. in Corp. Jur. milit. cit. class. 35. p. m. 729. verb.* *Lezlichen gehöret auch hieher die Patrollie/und diese ist auch eine Runde-Wacht/so in einer Stadt/Bestung oder Guarnison/wie auch in den Lägern alle Stunden/ie nach deme es die Zeit erfordert/von etlichen Troupen starck oder schwach/zu Pferde oder zu Fuß durch alle Strassen gehalten wird/dardurch man wissen kan/was an einem oder andern Ort der Bestung möchte schädliches vorgehen/und dasselbige dardurch verhindern.*

VIII. Ut autem partim vigiles ipsi, partim & circuitores probè officio commisso fungi possint, porro requiritur, ut ne offendantur ad excubias positi sine causa justa; cum illi nil, nisi ex mandato Capitanei, agant, quorum statio alioquin sacra & inviolabilis est, *Crus. de Noct. cap. 5. p. m. 137.* Puniuntur igitur ex commissà vi publicà ii, tempore quoque pacis, manus amputatione, vel fustigatione, qui vigiles in excubiis stantes verberant aut pulsant, prouti notabili praesudicio id ipsum confirmat *Benedict. Carpzov. in*



*Jurisp. Forens. part. 4. const. 13. definit. 5. p. m. 1343. verb.*  
Hat euer Bürger N. eure verordnete Stadtwächter  
mit einer Partien unversehens Dinges / ohn alle Ur-  
sach vorsehlichen und arglistig darnieder geschlagen/  
und wunde gehauen / so möget ihr ihme die Hand ab-  
schlagen lassen / wollet ihr aber ihme Gnade erzeigen /  
so möget ihr ihn verkauffen heissen / und eurer Stadt  
verweisen / *B. N. B.* Multò magis hæc tempore belli  
observanda veniunt, adeò, ut ob crescentiam delictorum,  
juxta & propter alias singulariter id postulantes circum-  
stantias, poena optimo jure ad mortem etiam extendi possit.  
Præterea reliquæ quoque multitudini præcipiendum, ne  
quis domo, nisi necessitate coactus, exeat: item ne quis opi-  
fex, artem manuariam exercens, opus faciat: ne fortè foni à  
nonnullis edendi ad vigiles perveniant.

IX. Receptum etiam laudabiliter novimus in multis  
Rebus publicis, quemque armatum, vel cum telo noctu am-  
bulantem, præsertim sine lucernâ, carceribus sine respectu  
personarum includi, quod multò magis tempore ingruen-  
tis hostium necessitatis asserendum venit. De Republica  
sanè Argentoratensi attestatur. *Ott. Tabor. de Armam. Ju-  
stinian. tit. de legit. arm. us. cap. 1. p. m. 164.* Statutum ibi-  
dem inveniri sequentibus verbis: Es sollen auch Hand-  
wercksknechte und andere / die nicht Bürger sind /  
Frembde oder Heimische / Nachtes mit keinen Schwer-  
tern / Degen / langen Messern / oder andern Gewehren  
auff der Gassen gehen / dann welcher Nachts von denen  
Schaarwächtern / Ammeisterknechten / oder Thurn-  
hütern also mit Gewehr ohne brennend Liecht auff der  
Gassen / in Wirtshäusern oder Bierhäusern gefunden  
wird / dem sol man sein Gewehr nehmen / und nicht  
wie



wieder geben. Imò statutum illud, ne certò tempore,  
vel etiam simpliciter arma deferantur, etiam ad mulieres  
extenditur, quæ si repertæ fuerint cum armis, poterunt pu-  
niri, sicuti etiam aliæ personæ à principe autàs privilegiatæ,  
*Bajard. ad Jul. Clar. qv. 82. n. 55. Soarez. Thesaur. Opi-  
nion. Commun. verb. Mulieres, n. 252. Gabriel. Opinion.  
Commun. tit. de Verb. Signif. lib. 6. conclus. 6. n. 37.* Huc quo-  
que facit Constitutio Francofurtensis, promulgata in Co-  
mitiis Imperialibus de Anno 1612. quam gravissimus Ille Ju-  
ris Publici Doctor *Dominic. Arum. de Comit. Roman. Ger-  
man. Imper. cap. 6. Tit. bey nächtllicher weil nicht ohn ein  
Licht auff der Gassen zu gehen. p. m. 399. & seqv. verb.*  
Es sollen sich auch alle Gäste befeiffigen / bey Tage in  
ihre Herberge zu gehen / und zu Nachtes darinnen blei-  
ben / ob aber iemand Herrndiensts / oder anderer redli-  
chen Geschäften halber bey Tage in seine Herberge  
nicht kommen möchte / und also zu Nacht über die  
Strasse zu gehen und zu wandeln hätte / so sol sich doch  
der oder die auff der Gassen / sonderlich bey der Nacht /  
züchtig und gebührlich halten / auch nicht ohne / son-  
dern mit Lichte gehen / wo einer aber das nicht thut /  
der sol darumb nach gestalt der Überfahung gestraf-  
fet werden.

## CAPUT V. EXCUBIARUM PRÆMIA ATQVE POENAS EXAMINANS.

§. I.

PRædictis hætenus probè observatis, omninò miles in  
conscientiâ tutus atque tranquillus esse potest, se jura-  
mento suo militari, quod olim duei, vel summo magi-  
stratui



Oratui præstitit, satisfecisse: hinc etiam aliquando, ultra stipendia destinata, extra ordinem præmia decreta legimus. Exemplum subministrat Leo, Basilii Imperatoris filius, qui, ut experiretur diligentiam custodiarum & excubiarum, quæ, ob metum vicinarum Gentium, disponebantur singulis noctibus per Civitatem Constantinopolitanam, edicto voluit ut si quis noctu ierit, cæsus carceribus manciparetur, quo postea manè de eo haberetur iudicium; ipsemet incognitus, solus, noctu in custodias datam operam se coniecit, dicens, se proficisci in lupanar, & corruptam primam custodiam 12. aureis datis processit, inciditque in secundam, quam & 20. aureis evasit, in tertiam postea veniens cæsus & carceribus mancipatus fuit. Verum ipse se declarans carcerum præfecto, inque sedem veniens postea, exilio multavit primam & secundam custodiam, & tertiam harum & alia bona dedit, *vid. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. Jur. Univers. lib. 19. cap. 11. n. 4. p. m. 382. ex Liuthprand. Tonnenf. de Reb. per Europ. Gest. lib. 1. cap. 3. Polydor. Rip. Tract. cit. cap. 50. n. 10. p. m. 148.*

II. Pergo jam ad delicta militaria, quibus merito sua conveniens debetur poena. Elegantissimè hæc delineavit *Carol. à Mansfeld. in Magister Militar. sive de Jurisdic. & jur. milit. Belgic. cap. 14. p. m. 274.* Pessimè omnino (inquiens) militum delictis connivet Numerorum præfectus, præsertim si machinatione quadam malum alteri, bonum sibi procurat vitiorum impunitate: Scilicet ille etiam humanus militum pater deprædicatur? E recondito prudentiæ est, dissimulando nescire, quod habes punire sciendo, & ut animos militum devinctos habeas, cupis non punire: nam periculosior est animorum quam corporum secessio. Periculosior hominum quam Dei? Fatua



tua mundi consilia! quasi non omnia à Deo sunt, ut sub Deo & ad Deum referri debeant: hoc jus naturæ humanæ est: nam propter Deum omnia contemnere, Christianorum: relinquere, perfectorum est: &c. Sed quid de asperitate militaris disciplinæ pronuntiandum? Sanè cum ubi frequentia delictorum existit, etiam poenæ regulariter frequentes magis esse, & per consequens, quoque crescere debeant, omninò illarum convenientiam cum æquitate juris naturæ expressè animadvertere valemus: præprimis cum malo aliquo inveterato aliud remedium magis salubre opponi nequeat. Cœterum quod militares attinet poenas, in materiâ excubiarum considerandas, arbitramur easdem commodissimè secundum diversas perpetratorum delictorum species judicari posse. Primum autem delictum erit, quod si quis per somnum excubias sibi commissas neglexerit: indicat hoc M. Cato, qui eo milite sibi ne quicquam opus esse dicebat, qui stertendo, quam hostibus inclamando longius sentiretur, *Josepb. Lang. in Antholog. verb. vigilantia. p. 1. p. m. 544.* Præterea extat hac de re antiquum & rigorosum utique exemplum de Epaminonda, Thebanorum duce, qui cum in magno periculo vigilias circumiret, vigilem, quem dormientem invenerat, gladio transfixit, asserens hominem mortuum inveni, mortuum reliqui, *add. Plutarch. in Parallel. Francisc. Patric. lib. 9. tit. 3. Schröder. de Jur. Bell. tb. 5. lit. c. ap. Arum. de Jur. Publ. vol. 1. disc. 23. p. m. 658.* Idem de Iphicrate, Atheniensium duce, cum præsidio Corinthum teneret, & sub adventum hostium ipse vigilias circumiret, recenset *Sext. Jul. Frontin. Stratagemat. siv. de Solert. Duc Fact. & Dict. lib. 3. cap. 12. exempl. 2. p. m. 311.* Nec dissimilem processum instituit Pisistratus, Atheniensium tyrannus;



nus; uti & fecisse, legitur, P. Sulpitium, *Fulgos. lib. 1. cap. 2.*  
*Reinhard. König. Theatr. Politic. part. 3. cap. 3. p. m. 130. n. 36.*  
*Theodor. Zwinger. in Theatr. Vit. human. vol. 18. l. 5. p. m.*  
*3459.* qui equitum Tribunus, dum Galli Capitolium obside-  
rent, somno captum vigilem ab eo loco præcipitavit, per  
quem Galli (eos enim non sentiebat) ad arcem conscende-  
bant, quos inde M. Manlius postea rejecit. Apud Hispanos  
eandem fuisse severitatem receptam novimus, qui in  
statione dormientes de muris vel saxo, in quo exuberant,  
præcipitarunt, *Ayala de Jur. Bell. lib. 3. c. 17. n. 3. Coter. lib. 1.*  
*c. 3.* Moribus Romanis, si quis vigilum dormiens esset in-  
ventus, consilio advocato Tribunus de ejus causâ cogno-  
scebat, atque damnatus fortè fuste percutiebatur. Fustua-  
rium pœna erat hujusmodi: Tribunus fustem cepit; eoque  
condemnatum quasi attigit solum: quo facto omnes legio-  
narii qua fustibus, qua saxis inibi intra castra ut plurimum,  
quidem fontem necabant; sed & si qui evasissent, non ta-  
men salvi propterea fiebant: nam quæ illis salus, quibus in  
patriam quidem redire non licebat? & quos necessariorum  
nemo audebat tecto recipere? *Polyb. Comment. Polemic. p.*  
*m. 497.* Cum hoc concordant *Fußnechtbestallung zu*  
*Spener/1570. artic. 39. p. m. 195. verb.* Item da einer auff  
der Schildwachen schlaffend befunden würde/ der soll  
an Leib und Leben ohn alle Gnade gestraffet werden.  
*Holländisch Krieges Recht/artic. 27. verb.* Ein Soldat/  
der auff seiner Sentinellen oder Schildwachen schlaf-  
fend gefunden wird/ sol ohne einige Gnade am Leben  
gestrafft werden. *Königl. Majest. in Schweden Krie-  
ges=Artickels Brieff. Tit. 7. Von Allarm und Schild-  
wache. art. 43. verb.* Schlaffet einer auf der Schildwa-  
che/ es sey in Bestungen/ oder im Felde ic. der sol archi-  
busiret werden.



III. Quamvis autem poenam hancce mortis, tanquam nimis rigidam, non adeo facile applicandam esse censeant *Petr. Caball. Cent. 3. cas. 294. n. 288. Petrin. Bell. in Tractat de Re Milit. part. 8. n. 14.* praesertim si non extrema ingruentis hostis necessitas adfuerit; at tamen eandem in castris & propugnaculis aliis, hostibus proximè oppositis, tametsi induciarum tempore, tutius sequendam rectè asserit *Petr. Papp. Corp. Jur. Militar. ad cit. artic. 27. Holl. Kriegerrecht. p. m. 133.* Excubiæ etenim vita dicuntur exercitus, urbis, castrorum, portus, omnisque fere rei militaris: quum oculis excubantium æque supremus bellidux, ac infimus quisque miles gregarius salutem suam committunt. Hinc igitur Philippus, in exercitu quodam tempore dormiens, experrectus, tutò, inquit, dormivi: vigilavit quippe Antipater. Quid? quod praesuppositis hisce, non omnino incongruum aliquod novimus perpetrasse P. Æmilium, qui cum in bello contra Persem instituisset, ut milites sine armis vigiliis agerent; rogatus à quodam, cur suis arma negaret? respondit: ut metu hostium, sublatâ resistendi fiduciâ, adversus somnum pugnarent, *vid. Jacob. Com. Purliliar. de Re militar. lib. 2. §. 24. Papp. l. c. p. m. 131. cum Thomas. Garzon. nell. Piazz. universal. discurs. 97. Joseph. Lang. Antholog. part. 1. verb. vigilantia. ac Plutarch. in Apopht. Jul. Ferret. tract. de Re milit. tit. de Explorat. & Excub. n. 7. Jul. Frontin. lib. 3. cap. 12. Cass. Fac. Polit. Livian. part. 1. art. 24.*

IV. Coeterum ab hoc urgente poenarum desiderio duplicem exceptionis casum militi somnolento attribuit *Papp. cit. p. 133. cum Cinuz. lib. 1. cap. 51. n. 75.* quando nimirum vel ægrotus est; vel ultra destinatum tempus, (quod tres ad maximum horas excedere non debet, secundum

F

Don.



*Don. San. h. de Londonn. en la disciplin. milit. 57.*) in excubiis subsistere cogitur.

V. Secundum militare delictum est, quando excubiæ propter ebrietatem, manuum pedumque officium impediens, non possunt observari, ubi poenam arbitrio ducum derelinquit *cit. Fußknechtsbestallung/ art. 57. verb.* Item es soll sich sonderlich ein ieder des volltrünckens mässigen/ wann er wachen soll/ und wann einer auff der Wacht truncken oder voll begriffen würde/ also daß er seine Wacht nicht nothdürftig versehen kan/ der soll alsbald mit den Eysen/ und sonsten nach Erkänntnis des Obristen gestraffet werden; *add. Reuterbestallung zu Spener/ Anno 1570. art. 78. p. m. 190. verb.* Welcher dann auff der Wacht truncken und voll begriffen wird/ also daß er seine Wacht nicht nothdürftig versehen/ oder die rechte Losung nicht von sich geben kan/ der soll nach Erkänntnis des Feld-Marschalls und Obristen oder des Reuter-Rechtens gestraffet werden. Hic locum aliquem invenire etiam videtur factum Leonidis, Byzantium ducis militaris, qui in acerrimâ urbis oppugnatione, quum hostes moenia adorirentur, & illi relictis excubiis totos dies in consuetis diversoriis tererent, mandavit, ut cauponæ ipsis in moenia transferrentur. Quo sophismate serò tandem iis persuasit, ut aciem ne desererent, quum prætextus & causa, quam obrem abirent, non esset, *vid. Ægid. Strauch. breviar. Chronologic. cap. 45. quest. 4. p. m. 1121.*

VI. Tertium maleficium est, quando planè aliquis excubias sibi assignatas deseruerit, *vid. cit. Fußknechtsbestallung/ art. 37. verb.* Ob dann einer auff der Wache wäre/ und darob ohne Erlaubnis ginge/ der soll ohne  
ohne



ohne alle Gnade gestraffet werden; Es sollen auch die  
Kottgesellen solches bey ihren End anzuzeigen schuldig  
seyn. Holländisch Krieges-Recht *art. 28. verb.* Ein  
Soldat / der von seiner Schildtwache / auff welche sein  
Corporal oder Kottmeister ihn gestellet hat / bey Tag  
oder Nacht abtritt / ehe er von demselbigen abgefór-  
dert oder erlöst worden / soll ohne einige Gnade ge-  
strafft werden. Königl. Maj. zu Dennemarck Kriegs-  
Artickels-Brieff *de Ann. 1625. tit. wegen Wache / All-  
larm / 2c. artic. 76. p. m. 367. verb.* Welcher verlohre a-  
ber andre Schildwache verschläffet / oder sich darvon /  
wie auch von der Scharwache / ehe er abgelöset / begie-  
bet / (es sey dann mit des Corporals Bewilligung des  
Tages auff ein oder zwey Stunden / des Nachts gar  
nicht) derselbe soll an Ehr oder Leib / der Sachen Zu-  
stand nach / gestrafft werden / und sollen die andern / so  
die Wache haben / solches bey ihren End anzeigen und  
zu erkennen geben. *Idem intendit jus nostrum civile in  
L. qui excubias. 10. pr. ff. de Re militar. ubi, qui excubias  
palatii deseruerit, capite punitur. Similem rigorem le-  
gimus de Octavio Augusto Cæsare, qui disciplinam mili-  
tarem adeò severè rexit, ut aliquando non tantum deci-  
mam legionem, contumacius parentem, cum ignominiâ  
totam dimiserit; item alias immodestè missionem postu-  
lantes, citra commoda emeritorum præmiorum exaucto-  
raverit: Sed etiam cohortes si quæ cessissent loco deci-  
matas hordeo paverit, juxtim & centuriones statione de-  
fertâ, ut manipulares, capitali animadversione puniverit,  
prouti attestatur C. Sueton. Tranquill. in vit. August. cap. 24.  
p. m. 54.*

VII. Interim mitigationem poenæ non omnimodò

F 2

hoc



hoc in casu omnem respuere videtur, quod si miles excubi-  
as deserens primò fuerit adhuc tiro, nec iteratò crimen  
commiserit, *arg. L. Desertorem. 3. §. si plures simul. 9. ff. de*  
*Re militar.* secundò, si secundum *Cinuzz. lib. 1. cap. 51. n. 79.*  
totus exercitus hostilis impetus ipsum loco cedere cogat:  
ubi tamen ante bombardæ explosionem, vel aliud datum  
signum, tesseræ locum suis commilitonibus, magis propè  
castra locum tenentibus, suppeditare valens, fugam nequic-  
quam excubitori huic innoxiam esse debere judicamus.  
Cum etenim excubiæ juxta § 3. *ibique cit. Authorr. cap. 5.*  
vita rectissimè ducantur totius civitatis, castris atque exerci-  
tus; meritò, per clandestinam receptionem in locum tuti-  
orem, iisdem desertis, & universam civitatem, imò vastissi-  
mum quemlibet exercitum mortem præsentissimam op-  
petere debere manifestum est. Ut jam nil dicam de obli-  
gatione, quæ inter militem & Remp. intercedit, æque ac  
mediante quâ miles, qualis qualis etiam conditionis sit, ulti-  
ma quæque, quid? certissimum quandoque obitum pro sa-  
lute & incolumitate Reip. subire adstringitur. Innuunt quo-  
que hæc *Magnif. Dn. Ziegler. ad Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 1.*  
*§. 8. p. m. 197.* in verbis: pertinet huc etiam miles in excubiis  
stans, quippe qui nec ipse fugâ se periculo subducere potest,  
tum propter juramentum, tum propter majus bonû, quod  
omissâ defensione in periculum conjicitur. Quin & ille  
necessariò se defendere tenetur, qui novit, omissione de-  
fensionis principem, parentes, magistratum vitæ discrimen  
subituros. Quanquam non probem hoc in negotio  
applicationem, quam multi faciunt ex *cit. Hug. Grot. de*  
*Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 25. p. m. 411. num. 3.* de cujus  
veritate, ut & contradictione *Dn. Cass. Ziegler. Comment.*  
*b. 1. p. m. 509.* videbo plura, expectoque in conflictu.

Aliud



Aliud interim pronuncian- dum venit , si miles in ex- tremis excubiis, *verlohrne Schildwache* / positus fuerit, cum hâc expressâ concessione, ut celeriter sese recipere, at- que machinationes hostiles reliquis referre debeat. Hinc etiam in oppugnationibus non levis hostibus cura esse so- let, ut præsi- diariis, vel excubitoribus, in extremis periculo- rum apicibus positus, vias redeundi præcludant, adeoque eo rectius atque convenientius ad fossam pariter & vallem penetrare queant. Tertiò veniam aliquam mereri vide- tur miles, quod si ultra constitutum tempus longius in excu- biis stare cogatur: quoniam tunc potius præfectus vigilia- rum, quippe officio sibi commissio, in educendo simul ac re- ducendo vigilias, non satis probè fungens, puniendus dici- tur.

VIII. Quartum crimen, quod milites committere possunt, respectu nostri discursus, est, si ad excubias obeun- das aliquis non undiquaque armis decentibus instructus ac- cesserit, quod acriter urget *Reuterbestallung* / *de Ann. cit. artic. 76. verb.* Es sol auch ein ieder mit seinen Harnisch und andern gebührenden wehren / darauff er gemu- stert ist / auff die Wacht ziehen. *add. Christoph. Ludovic. Dietherr. in addit. ad Besold. Thesaur. Practic. verb. wa- chen. p. m. 983. Holländisch Krieges Recht / artic. 58. p. m. 167. verb.* Ein Soldat der zu der Wache gehöret / sol in voller Gewehr bey dem Fähnlein sich finden lassen / und mit den andern auffziehen: Wer es nicht thut / sol zum erstenmahl drey Tage lang mit Wasser und Brodt ge- speiset: zum andern mahl sollen ihm seine Waffen ab- genommen / und er drey Monat lange aus der Com- pagnie außgemustert: zum drittmahl sol er mit den Waffen gestrafft werden, quam posteriorempoenam de-



scribunt Christoph. Besold. Dissertat. Philolog. de art. jureq.  
bell. p. m. 189. & seqq. Domin. Cyllen. l. 1. de disc. milit. c. 4. in  
fin.

IX. Quintum commissum in specie concernit eum,  
qui in loco periculoso, præsertim excubiis nocturnis probè  
dispositis, tam in castris, quam urbibus undiquaque munitis  
bombardam explodere velit: quum pœnam aliquam cor-  
poris afflictivam sustinere necessum habeat, sicuti hoc nos  
edocet Râns. Majest. Maximilian. II. Artickels Brieff.  
art. 35. verb. Es sol keiner in gefährlichen Orten / son-  
derlich dieweil die Wache besetzt / sein Gewehr bey der  
Nacht abschiessen / es sey im Läger / Städten oder  
Schlössern / dardurch Schaden entstehen möchte / bey  
Leibesstraffe. Königl. Maj. zu Dennemarck Krie-  
ges=Artickels=Brieff / art. 81. verb. Nach besetzter Wa-  
che sol niemand bey leibsstraffe / iedoch auff des Krie-  
ges=Raths Erkänntniß / sein Gewehr auff einen zucken  
oder einigen Tumult oder unnöthigen Allarm erwegen  
viel weniger nach besetzter Wache schiessen. Rationem  
hujus interdicti fortè in eo positam arbitramur, quod facil-  
limè sub prætextu alicujus tumultus subitanei totum mili-  
tare corpus extremam subire mortis aleam posset. Qua-  
propter optimo modo non tantum Romani, sed etiam aliæ  
Gentes, imò Turcæ nihil magis in castris, quam silentium  
adamarunt, Jul. Ferret. de Re milit. Tit. de milit. justit. n. 105.  
Martin. Crus. Turc. Grec. l. 7. p. m. 485. Dn. Sanch. de Lon-  
donn. de la Discipl. milit. p. m. 80. etiamsi Persæ & alii popu-  
li orientales nocte in excubiis laudes Regum decantare so-  
liti fuerunt, prouti notant Marcellin. lib. 24. zosim. lib. 3. Su-  
periora insimul confirmant Königl. Majest. zu Schwe-  
den Artickels=Brieff / Tit. 7. n. 40. verb. Es sol sich auch  
keiner



keiner unterstehen im Läger oder Besatzung Allarm zu machen/oder Musqueten/Pistolen/und andere Röhren nach dem Zapffenschlag bey besetzter Wache abzuschliessen. Hæc tamen limitantur in verbis sequentibus: wann es die Nothdurfft nicht erfordert/ oder ihme in specie befohlen worden/ wer darwider handelt/ sol am Leben gestrafft werden. Holländisch Krieges Recht *artic. 31. verb.* Es sol niemand ohne rechtmässige Ursach einen Aufflauff oder Lärmen machen/ oder ein Rohr des Nachts loß schiessen/oder ein groß Getümmel machen/noch sonst etwas thun / dardurch ein Aufflauff ohne Ursach möchte geschehen/bey Leibesstraffe.

X. Restant adhuc plura alia, quæ occasione excubiarum non probè observatarum moneri poterant: videlicet, si tesseram milites velint hosti revelare, vel eandem mutare; cum quilibet eandem sibi commissam adeò certè percipere atque observare debeat, ac proprium in baptismo sibi inditum nomen. Similiter si in die ultra spatium duarum horarum; & nocte per tempus etiam minimum milites excubitores ab ædibus excubiarum (von dem corps de garde) aliorum sese recipere, alienaque tractare absque consensu Decurionis cogitent. Quæcuncta prudentiæ cor filii atque magistratus bellici propria seponimus, nihil magis hæc vice urgere habentes, quam ut quicumq; fuerint bellicosi Martis asseclæ, etiam etiamque inevitabile ferè excubiarum munus, cujus gratiâ quoque leges nescire præsumuntur, *arg. l. 22. C. de Jur. deliberand. Johann. Pomesch. ad §. 11. Inst. de Except. p. m. 437.* fidelissime observent, custodiant, exequantur.

XI. Nec tantum gregarios milites, sed ipsos quoq; eorum magistratus ob excubiarum neglectum punitos  
fuis-



fuisse constat : Sic M. Miltium. Cn. Lolium, & L. Sextilium  
Triumviros, quod ad extinguendum incendium tardius  
venerant, nec non Publium Biliam, Triumvirum noctur-  
num, quod vigilias negligentius circumcierat, à Tribuno  
Plebis die dictâ ad Populum damnatos tradit. *Jan. Guilielm.  
Lubecens. de Magistr. Pop. Rom. tr. 16. p. m. 356. cum Valer. Max.  
lib. 7. cap. 1. verb. damnati. p. m. 672.* Apud Romanos veteres  
eadem, quæ gregarios, pœna manebat tam coactorē agmi-  
nis, quam turmæ præfectum, si maturè ille circuitores, hic  
sequentis turmæ decurionem sui officii non admonuissent,  
de quibus *vid. §. 2. b. cap. Polyb. l. c.* Similiter Opilius Ma-  
crinus tribunum, qui excubias deserui passus est, rotali car-  
pento super annexum, per totum iter vivum atque exani-  
mem traxit, *vid. Petr. Greg. Tholosan. Syntagm. Jur. uni-  
vers. lib. 19. cap. 11. n. 4. p. m. 382. cum Jul. Capitol. in Macrin.  
Idem Tholos. l. c. cum. Johana. Tritem. breviar. histor. Fran-  
cor. in 19. Reg. legem antiquam Francorum ab Herinero  
Rege 19. eorum latam recenset, videlicet: Princeps sub Re-  
ge Francorum in potestate ducali constitutus diligenter si-  
bi commissam provinciam tueatur. Quod si negligentia  
ejus subintraverint hostes regionem, si gentem læserint no-  
stram, aut si incolas terræ spoliaverint, medium bonorum  
suorum Regis marsupio pendat, & dux non sit amplius, sed  
privatus vivat honore. Si volens introitum hostibus per-  
misit, sepeliatur vivus, aut capite puniatur.*

XII. Atque hæc sunt, candide, cordateque, Lector,  
conamina illa, quæ impræsentiarum de gravissimâ juxtim  
& à multis multifariè pertractatâ materiâ excubiarum  
conscribere volui, potui; Plura equidem restare non diffi-  
teor, ast quoniam partim ingenii imbecillitas, partim &  
temporis angustia brevem me esse flagitant, manum de  
charta







Q. 1175/16

GENEROSO

BOLBRITIO,

stemmatis & virtutum splendore conspicuo,

Juridicam conscendenti cathedram

FELICITER!

adclamat

GUERNERUS ROLFINCIUS, Phil. & Med. D. Practicæ  
ac Chimicæ P. P. Academiæ Senior.

Est fructus generis. Censeri sanguine longo,  
& longâ serie pictos ostendere vultus  
Majorum, stantesque in curribus *Æmilianos*,  
& *Curios* jam dimidios, nasumque minorem  
*Corvini*, *Galbam* auriculis nasoque carentem,  
in laudem cedit prælustri nobilitatis.

Tu verò antiquæ stirpis generosa propago  
BOLBRITI, Aonia soboles lectissima gentis,  
tota licet veteres exornent undique ceræ  
atria, longævæ flammis radiantia famæ;  
non satis esse putas præclarâ laude tuorum  
censeri: haud jactas generosæ stemmata famæ,  
inclita nobilium titulis: sed mascula virtus  
te ceræ calcare jubet vestigia avitæ.

Perge ita, nec cessa Hesperidum decerpere in  
fructus doctrinæ, & virtutis in æde litare hortis  
perdius & pernox. Sic certè illustribus olim  
adnumerabere nobilibus, gens fera loquetur  
laudes, non deerit lautæ indulgentia fortis:  
Fama anus æterno nomen sacrabit HONORI.

FINIS.

WMT

M. 5





Pon II p 516, QK

ULB Halle

3

002 423 189










N. h.  
h. 63

EX  
T  
JOH

W

J



**Kodak**  
LICENSED PRODUCT  
3/Color Black

© The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White



TISSIMO  
RATORE

GNIFICO  
COLLEGIO

**TOGA.**

**GATAS**

TISSIMO  
O. SIMONE. D  
VENTILATIONI

D. A. BOBBIETZ  
US

O. R. M. DC. LXIX

NIS



065: 16

